St. Dr.

33654

III

Fabulae scenicae.

Petricoviense Coll. S. J.

Soc. Jesu Coll. Petricov: Corona inter aras ex Illustrissimis ceris deprompta Illmi Excellmi D. D. Petri Kireowski, Palat. Mariaeburgensis — a Scena repraesentata.

Calisii 1714.

Poatu

N 47

broszura

CORONA INTER ARAS

Ex Illustrissimis Ceris deprompta

ILLUSTRISSIMI EXCELLENTISSIMI

Domini Domini

PETRI

in KCZEWO

KCZEWSKI

PALATINI MARIÆBURGENSIS, KISZPORENSIS, STANISŁAVOVIENSIS, STAROGARDENSIS, &c.

CAPITANEI

TRIBUNALIS REGNI

MARESCHALCI

A SELINIO

REPRÆSENTATA

Ab Obligatissimis Magno Nomini Oratoribus

Collegii Petricoviensis Soc: JESU

In theatro publico elogialiter

ADORATA.

Anno 1714. Mense Februario Die 8va et 9na.

CALISSII Typis Collegij Societatis JESU.

62.

ILLUSTRISSIME
EXCELLENTISSIME
PALATINE.

*Coronam theatro inserimus ubi Tuum nomen, coronat illud ho-
die* SERENISSIMUM TRIBUNAL *postquam orbem
coronavit. Scimus ultra Baltici littora, quanta* ILLUSTRIS-
SIMUM *Genus Tuum Anglicani Regni inundavit fastigia, quan-
tas Poloniarum implet curules, induit purpuras, hine in sce-
nam illi Selinium Regem traximus, cui tamen commune Tecum
nihil, præter coronam. Habent scilicet Ceræ Tuæ quod vel Regna adorent, ha-
bent hostes quod timeant. In lepores deformavit hostes, quoties inter Martis
signa emicuit* LEOPARDUS, *æquè auro clarus ac animo, æquè victoriæ secu-
rus ac coronæ. Vidit orbis totus & invidit, quoties, ubi nova belli detonuit
procella, Tu componendis turbinibus, Tu sedandis Regni tempestatibus, Pyrrhô, Fa-
briciô, Cyneâ, major legebâre. Ferri tumultus componere, arma ipsa ad pa-
cis consilia initiare, legum injurias ferro rescindere, tam innatum Tibi, quam
concessum. Nuper Commissarij functus munere, nihil eorum quæ publicam in-
terpellarent quietem admisisti, severus pariter ac clemens, rigidus ac mitis, Tuô
vultu sereno, nubila Patriæ tempora distingvebas: potuitq; vel solius frontis
Tuæ indicio, vultus quem ferret Polonia recognosci. Nec mirum, hæret quoq;
in Tuo ore Senatus, ubi convulsa Patriæ jura, rupta legum vincula, inflicta
Provincijs bello vulnera, Gallicano major Hercule nervosissimâ facundia, solidissi-
mis involvis & explicas consilijs. Regentis primo, tum Referendarij Regni au-*

ctus titulis, ferre videbaris edicta non referre. Ita enim inibi ad Patriæ
commoda, ad injuriatorum incolumitatem, Te ipsum componebas, ut purpura su-
perveniens amplecti Te visa potiùs, quam induere, Senatorem experta prius,
quam fecisset. Nec fidem rei exiget, qui in ILLUSTRISSIMÆ *Domus Tuæ*
fastigia sese penetrat, Collactanea hæc illi virtus ita regna implere ut defen-
dat, ita defendere ut coronet. RADIVILIORUM *& Tuo Sangvine rubent*
Ducum solia, DENHOFORUM, WIERZBOWSCIORUM, CHOMENTO-
WSCIORUM, COMITUM in TARNOW, ZAŁUSCIORUM, GOMOLENSCI-
ORUM, VEJERORUM, VOLFORUM, CZAPSCIORUM, KROKO-
WSCIORUM, SZLICHTINGORUM *Cæterorumq; quos Tuæ Domui natura*
inseruit, titulis, assurgunt purpuræ, nunquam minores, quia Tuo Sangvine
sublimes; nunquam in fastum elatæ, quia ad Tuorum morum modestiam com-
positæ. Quodsi in Martis arenam stylum flexero, occurrit primus, qui ultra
metas Europæ triumphis procurrit ARCISZEVIUS, *Hollandicæ hic Classis Admiral-*
lius, Brasiliæ expugnator invictus, Tui Nominis propugnator acerrimus. Quan-
tus verò ille in Brasiliæ ivit acies, sic ibat in Phrygiam Achilles, in Græciam
Hector, in Affricam Scipio, fregit, profligavit, dissipavit Americam, & eam
Domui Tuæ ferro inscripsit victoriam, quam rubefacto orbis æquore, Tuo bar-
baries cruore annotaret. Mitto cæterorum trophæa, Chocimum, Viennam,
Viennam inquam Cannas Turciæ, Orientis occasum relegat, qui Heroum Domus
Tuæ triumphos investigat. Vbiq; illi laureati, nisi Tuarum virtutum magni-
tudine vincerentur. Vinci tamen Tibi etiam non infra gloriam, ea enim
causarum nodos expendis modestia, ut æquitati victas manus non detractes.
Tibi quoq; legibus obstringi pulchrum, nec alia gratior purpura, quam quæ ju-
re Patrio adstringitur. Aristidem jactant Athenæ? Hermetem prædicant Æ-
gyptij? Ripheum Teucri? Chironem Centauri? Cambysem Persæ? sed Tuo illi
Scipioni præeunt non præcurrunt, cedunt potius quam præcedunt, antevertunt
tempore, non quod palmam eminendi præripiant, sed quod præparent. Nam
antecedaneæ famæ vestigia premis semper, dum exprimis, & majorum gloriæ
præstas dum imitas. Nec ILLUSTRISSIMÆ *Consortis Tuæ Gentilitios taceo*
Pactolos, fluxére illi pridem non tam suis fluctibus tumidi, quàm ILLVSTRISSI-
MORVM KOSORVM *Sangvine prædivites: non alio tandem recepti æquore*
quàm Tuæ gloriæ Oceano. Florebit itaq; in laureas, flectetur in arcus, refronde-
scet in Clavas & Sceptra Tribunalitius Scipio. Tuus, & Senátorio Sangvine Tuo,
& purpuratæ ILLVSTRISSIMORVM KOSORVM *Domus fluminibus irri-*
gatus. Quodsi & Corona, & Tuo Nomine indignum aliquid Scena protulerit,
errori svadæ ne adscripseris, deficit etiam facundia, ubi ille laudibus attollen-
dus, qui Nominis & meritorum fama attollit Regna & coronas. Polona vero So-
cietas (Tuam illam vocas Senator, ILLVSTRISSIME) *illud olim Nomini Tuo*
positura est theatrum, cujus orbis Auditor sit. Totis illa Collegijs cum Sam-
boriensi, Tua colligit beneficia, tam diu secura, quam diu Tua. R. Pater Ge-
orgius Wolf Polonæ Societatis decus, R. P. Fridericus Wolf, Leopoldi Imperato-
ris delicium, Romæ amor, universam quanta quanta est Societatem tuo Sangvi-
ne ornavére. Tuæ igitur purpuræ, protegendam, Tuo se tradit Scipioni defen-
dendam.

ARGUMENTUM

SElinius opibus multis in amicorum commoda profusis, curas omnes eo verterat, ut amicitiæ jura intaminata coleret. Variam expertus fortunam, lauro & oleæ caput inseruit: morbo tandem pulsatus medicorum opem imploravit, illis superatam malo artem causantibus, Eremita medicum indutus se applicuit, & primo statim colloquio in spem Principem erexit, si è fidissimi amici pectore ad arbitrium medici aperto haustum sibi parari curaret. Postquam ad insoliti remedij horrorem lenta fuga omnes abstulerat, execranti instabilem amicitiam Principi, effigiem Crucifixi deprompsit, & ab illo vitæ Regiæ nè ultimam quidem negatam sanguinis guttam prolixus asseruit. Pia fraude irretitus Princeps, coronâ ad pedes Crucifixi defixa, se ipsum Christianis adjunxit, documentum futurus posteris, humanorum affectuum Favonios in periculis non favere. Tom. unic: in Orbis Historia.

SElinius Krol wszytkiemi swoiemi dostátkámi oto się stárał, áby przyiaźń sobie Pánow swoich pozyskał. Niestáteczney doznawszy w woynách y pokoiu Fortuny záchorował, á gdy Medycy pomocy zdrowiu dáć niemogli, Pustelnik lekárzá ná siebie wziawszy osobę, ná pálác przyszedł zdrowie Krolowi obiecuiac, ieżeliby z przebitego nayżyczliwszego przyiaćielá boku krwie się nápił. Wymykáć się wszyscy powoli o ták ćięszkiey usłyszawszy recepćie, poczęli; y gdy żadnego wpoł umárły Krol dowołáć się nie mogł, Pustelnik Ukrzyżowánego Chrystusá pokazawszy náuczył go iáko ostátniey krople i krwie, dla żyćia iego dusznego nieżáłował, náwroćił się, y koronę oraz z soba przy nogách Ukrzyżowánego Chrystusá złożył, potomnym wiekom przykład zostáwuiac że ludzkie áffekty y przyiáźni nietrwáłe.

B INDU-

ANTIPROLOGUS.

REligio Selinii diademate aram Crucifixi coronat. Polonia JLLUSTRISSIMI MARIÆBURGENSIS PALATINI, TRIBUNALIS REGNI MARESCHALCI coronam addit, cantus & tubæ coronatam Domum adorant.

REligia Seliniuſza koroną Ołtarz Ukrzyżowánego Páná JEZUSA koronuie. Polſká przydáie Koronę JASNIE WIELMOZNEGO JEGOMOSCI PANA WOIEWODY MARSZAŁKA TRYBUNAŁU. Trąby i śpiewánia pochwały Domu tego głoſzą.

PROLOGUS.

JLLUSTRISSIMI MARESCHALCI illiuſq; JLLUSTRISSIMÆ CONSORTIS Elogia continet, & breviter materiam actuum innuit.

JASNIE WIELMOZNEGO JEGOMOSCI PANA MARSZAŁKA i JASNIE WIELMOZNEY JMCI PANI MARSZAŁKOWEY pochwały w ſobie zámyka, i krotko hiſtoryą námienia.

ACTUS I.

INDUCTIO I.

REx in amicorum affluentia in ſolatia effunditur, ſatur adulationibus, adulatores menſæ adhibet, larvato illi ſe accingunt ſaltui, detrahit larvas Religio, & ſpectra larvis induta oſtendit, Rex terrore proſtratus fingi ab hominibus amicitias ait poſſe, figi non poſſe.

KRol po rożnych z przyiaćiołámi rozmowách bánkietuie ſię; ktorzy chcąc Krola ućieſzyć, w lárwy ſię przybieráią Religia długo Krolá do dobrego námawiaiąc lárwy im zdźieta, pod ktoremi trupie głowy pokazuią ſię Krol omdlewa.

Excuſſo

INDUCTIO II.

EXcusso amicorum colloquiis terrore, ferarum insectatio: ne mentem distrahit, applaudunt sylvestres satyri. Idololatria è sylvis se recipientem, in Christianos acuit; mulctantur exilio multi, alii quibus fidei robustior amor, plectuntur citiùs quàm flectuntur.

WYbiwszy sobie przyiacielskiemi mowámi strách z myśli, łowámi bawi się, ápplauduią sátyrowie tańcem swoim. Báłwochwálstwo Krolá powracáiącego ná Chrześciány pobudza, wygnániem iedni, drudzy mieczem skaráni, wiáry odstąpić niechćieli.

INDUCTIO III.

EXul Religio in Romanum concedit exercitum, armantur Romani & acie explicata hastiludiis manus exercent, Legatus interim mittitur qui facti causam exigat, & in Romanis visceribus repertum pulsæ Religioni asylum deferat.

WYgnána Religia do Rzymskiego woyská udáie się, ná woynę gotuią się Rzymiánie, i kopiynemi igrzyskámi bawią się. Posłá do Krolá wysyłáią ktory o przyczynę okrućieństwá pyta się, i że w Rzymskich sercách Religia obronę znalázłá, oznáymuie.

INDUCTIO IV.

PLacet alea belli Selinio, Capitoliis & Capitibus Romanis suorum gladios asserit hebetandos, furorem Christianorum cædibus extendit. Adsunt improviso Romani & manu nondum collatâ copias fundunt, incarceratorum Christianorum plantis affunduntur.

CHętnie los woienny przyimuie Seliniusz i gniewu swego Chrześćiáńskim zaboystwem násyćić nie może, przypadáią niespodźiánie Rzymiánie i Seliniuszowe woysko w rozsypkę idźie do nog więźniom Chrześćiánom upadáią Rzymiánie.

INDU-

INDUCTIO V.

FUgâ cladi ereptus Rex Diis litat, saltu & cantu surdos Diastros deliniens, Idololatria propinandas Baccho preces persuadet. Doliis igitur integris luditur, sed Ręge subito morbo affecto, Orgia diutius alioqui producenda solvuntur.

KRol po ućieczce Bogom ofiary czyni, skokiem i śpiewániem sobie ich błagáiąc. Báłwochwalstwo rádźi áby Bachusowi supplikował, więc beczkowemi igrzyskámi modlitwy do niego odpráwuią, Krol w chorobę wpada.

ACTUS II.

INDUCTIO I.

REx lecto affixus Medicos in Regiam cogi jubet, insolito illi arteriæ pulsu è vivis Regem pelli asserunt. Amici lecto affusi jactant unanimiter si suæ valetudinis jactura Regiæ mederi potest, eam illicò fatorum arbitrio exponimus.

KRol chory Medykow wołáć każe, oni z pulsu niezwyczáynego Krolowi o predkiey śmierći oznáymuią, przyiaćiele życie swoie łożyć obiecuią jeżeliby tego ná uzdrowienie Krolowi potrzebá było.

INDUCTIO II.

QViete tantisper admissâ, vix bene sopore mentem componit, profligatæ salutis homines in se mutuis mortibus grassari somniat, valido clamore aulicorum quietem interpellat suæ mortis præsagia desperatorum cædibus effingi deplorans. Mærorem adulatores blanditiis expugnant.

LEdwie co zásypiáć poczyna przez sen widźi desperatow zaboystwá, pokoiowych i warty wielkim wrzaskiem budźi, z żalem sobie prorokuie, że te bitwy i śmierći, iego są śmierći prognostykiem.

INDUCTIO III.

RUrsus vix benè sopore admisso, variorum spectrorum umbris terretur. Orcigenæ Genii lectum impetunt; Dracones

D[illegible]ones ignem ſpirantes majorem accendunt metum, fruſtra multis gemitibus amicorum ope implorata, virium deliquio ſternitur.

ZNowu ledwie ſię zdrzymawſzy rożne ſtráſzydłá widźi, czárći i ſmocy ogniem tchnący ná łożko jego rzucáią ſię, długo od przyiaćioł pomocy wzywáiąc, i przytomnych ſobie budząc omdlewa.

INDUCTIO IV.

ERemita Medicum ſimulans in aulam ſe penetrat, patet illi Regia, patet Principis vita, exploratum morbum non aliter extinguendum ait, quam hauſto è corde fidiſſimi amici ſanguine, dilabuntur ſenſim omnes amici, exprobranti Principi reſpondentes, Regi purpuras ſe debere non ſanguinem.

PUſtelnik Medykiem ſię bydź zmyśliwſzy ná páłác idźie, chorobę niby zrozumiawſzy, nieinaczey Krolowi życie obiecuie, tylko ieżeliby z przebitego nayżyczliwſzego Przyiaćielá boku, krwie ſię nápił, co uſłyſzawſzy wſzyſcy ſię roſpierzchneli.

INDUCTIO V.

ERemita, Amicorum conſtantiam lacrymis perſequenti Principi, Chriſtum crucifixum proponit, qui ne ultimam quidem guttam ei redimendo ſubtraxerit, ſolvitur ille in lachrymas, & coronam capiti decerptam, plantis occiſi pro ſe Chriſti ſubmittit.

PUſtelnik nárzekáiącemu ná nieſzczyre przyiáźni Krolowi Ukrzyżowánego Chryſtuſá pokázuie, ktory oſtátniey kropli krwie dla iego zbáwienia nie żáłował, nawraca ſię Krol, i koronę oraz z ſobą pod nogi JEZUSA rzuca.

ACTUS III.

INDUCTIO I.

Coronam in Ara depoſitam ubi elogiari Religio proſequitur cultu, JLLUSTRISSIMORUM KCZEWSCIORUM coronam ſubjungit Polonia quæ Gentilitio Leopardo imminens, Domum hanc Regnorum eſſe indicat & Heroum.

GDy Królá i Koronę Religia wychwala, Polſká Herbowną JASNIE WIELMOZNEGO JEGOMOSCI PANA WOIEWODY MALBORSKIEGO MARSZAŁKA, pochwałámi wynośi, i Dom ten, ná Herbownego Lewártá pátrząc, Domem bydź Króleſtwy Rycerzow pokazuie.

INDUCTIO II.

ANglia ex Oxoniæ Comitibus Nominis hujus derivans originem ſibi Heroum laudem vendicat, ajens propagata eſſe ex Anglia Domus hujus trophæa non tranſlata, idem Oratorio & ferreo ſtylo Duces Angliæ ſubſcribunt.

ANglia JASNIE WIELMOZNYCH ICHMOSCIOW PANOW KCZEWSKICH Imię z Gráfow Oxonſkich wywodźi ná toż ſię ſámo Wodzowie Angielſcy zgadzáią, gęſte Domu tego licząc tryumfy.

INDUCTIO III.

ARCISZEWSCIUS Polonus Claſſis Holandiæ Admiralis expugnator Braſiliæ ſe JLLUSTRISSIMI MARESCHALCI ſanguine fluxiſſe infecto hoſtili ſanguine Oceano deſcribit, gaudet Braſilia JLLUSTRISSIMORUM KCZEWSCIORUM ſe ſanguini Chriſtianam vitam debere.

JASNIE WIELMOZNY JEGOMOSC PAN ARCISZEWSKI Polak, Olęderſkich okrętow Admirał Ameryki zwyciężca że z JASNIE WIELMOZNEGO JEGOMOSCI PANA MARSZAŁKA krwie idźie zpienionym krwią nieprzyiaćielſką Oceanem dowodźi, ćieſzy ſię z tego Bráſilia.

INDU-

INDUCTIO IV.

POlonia RADIVILIORVM PREBENDOWSCIORVM KOSORVM DENHOFORVM CZAPSCIORVM VEJERORVM KROKOWSCIORVM SZLICHTINGORVM ſoliis, Curulibus, Scipionibus Clavis Jlluſtriſſimorum KCZEWSCIORVM in Polonia originem deducit.

POlſká Jáśnie Oświeconych RADZIWIŁOW, Jáśnie Wielmożnych KOSOW, DENHOFOW, CZAPSKICH, WEJEROW, PREBENDOWSKICH, KROKOWSKICH, WOLFOW, SZLICHTINGOW, wyliczeniem Jáſności Domu Jáśnie Wielmożnego Jegomośći Páná MARSZAŁKA dowodźi.

INDUCTIO V.

COmponit litem Angliæ & Poloniæ Religio, Jlluſtriſſimam KCZEWSCIORVM Domum primis Poloniæ relinquendam faſtigiis decernit, famam tamen & laudes Orbi demandandas, coronam Gentilitiam Aris, quas toties ditavit, addicit Leopardum vero Patriæ defenſioni.

ANglii i Polſkę godźi Religia Dom i Imię Jáśnie Wielmożnego Jegomośći Páná MARSZAŁKA Polſkim naywyſźſzym godnośćiom przyſądzá ſławę záś iego świátu cáłemu przyznaie Koronę Herbowną zá ozdobę Ołtarzom, Lámpártá zá Obronę Oyczyznie oddaie.

EPILOGUS.

POeſis variis elogiis coronatum ſtemma coronat, applaudit Aer ignibus triumphalibus.

A. M. S. T. G.